Θράκες 25-26 μ.Χ. Βουλγαρίας.
Καθυπόταξις αυτών υπό των Ρωμαίων



46 Lentulo Gaetulico C. Calvisio consulibus de- Cor. Taciti
creta triumphi insignia Poppaeo Sabino contu- Ab excessu
sis Thraecum gentibus, qui montium editis sine Augusti. IV
cultu atque eo ferocius agitabant. causa mo-
tus super hominum ingenium, quod pati dilectus
et validissimum quemque militiae nostrae dare
aspernabantur, ne regibus quidem parere nisi ex
libidine soliti, aut si mitterent auxilia suas ducto-
res praeficere nec nisi adversum accolas belligerare.
ac tum rumor incesserat fore. ut disiecti aliisque na-
tionibus permixti diversas in terras traherentur. sed
antequam arma inciperent, misere legatos amiciti-
am obsequiumque memoraturos, et mansura haec,
si nullo novo onere temptarentur: sin uti victis servi-
tium indiceretur, esse sibi ferrum et juventutem et
promptum libertatis aut ad mortem animum. simul
castella rupibus indita conlatosque illuc parentes
et conjuges ostentabant bellumque impeditum ar-
duum cruentum minitabantur.

47. At Sabinus donec exercitus in unum conduceret,
datis mitibus responsis, postquam Pomponius Labeo
et Moesia cum legione, rex Rhoemetales cum auxili-
is popularium qui fidem non mutaverant, venere,

addita praesenti copia ad hostem pergit, composi-
tum jam per angustias saltuum. quidam audentius
apertis in collibus visebantur, quos dux Romanus a-
cie suggressus haud aegre pepulit, sanguine barbaro-
rum modico ob propinqua suffugia. mox castris
in loco communitis valida manu montem occupat,
angustum et aequali dorso continuum usque ad pro-
ximum castellum, quod magna vis armata aut in-
condita tuebatur. simul in ferocissimos, qui ante vallum
more gentis cum carminibus et tripudiis persulta-
bant, mittit delectos sagittariorum. ii dum eminus gras-
sabantur, crebra et inulta vulnera fecere: propius in-
cedentes eruptione subita turbati sunt receptique
subsidio Sugambrae cohortis, quam Romanus pron-
ptam ad pericula nec minus cantuum et armorum
tumultu trucem haud procul instruxerat.

48. Translata dehinc castra hostem propter, reli-
ctis apud priora munimenta Thraecibus, quos no-
bis adfuisse memoravi. iisque permissum vastare, u-
rere, trahere praedas, dum populatio lucem intra
sisteretur noctemque in castris tutam et vigilem ca-
pesserent. id primo servatum: mox versi in luxum et
raptis opulenti omittere stationes, lascivia epularum aut
somno et vino procumbere. igitur hostes incuria eorum

Θρᾷκες. Ροιμητάλκης j. 1700

comperta duo agmina parant, quorum altero populatores invaderentur, alii castra Romana adpugnarent, non spe capiendi, sed ut clamore, telis suo quisque periculo intentus sonorem alterius proelii non acciperet. tenebrae insuper delectae augendam ad formidinem. sed qui vallum legionum temptabant, facile pelluntur; Thraecum auxilia repentino incursu territa, cum pars munitionibus adjacerent, plures extra palarentur, tanto infensius caesi, quanto perfugae et proditores ferre arma ad suum patriaeque servitium incusabantur.»

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ